

Sermo.

.i.iii.

esse largi in misericordia qui sic affluenter sanguinem suum sudit pro  
nostra miseria

**In vigilia pasche.**

**V**espere autē sabbati que lucefcit in prima sab

bati venit maria magdalena et altera maria videre sepulchrum.  
Matth. ultimo. Iheri in sero id est post vespertas fuit sepultus dñs no/  
ster et iacuit in sepulchro tota nocte preterita. et hodie per totam diem  
et noctem sequentem vsqz ad mediam noctem resurrexit. ita qd fuerūt. xl  
hore fm aug<sup>o</sup>. ix. de pasceue. et ix. de sabbato. et. xij. de nocte domini/  
ca. et ppter hoc officium ecclesie nocte preterita et hodie fuit solum de  
sepultura xpi. Et ideo miz videtur qd euangelium hodiernum legit nō  
solū de sepultura aut morte domini qui hodie in veritate durauit. et de  
resurrectōe eius que nunciata in missa fideles letificauit. Dicit ergo euā  
gelium qd vespere sabbati id est in nocte que est inter sabbatum qd domi  
nicam Maria magdalena cum vna sorore beate virginis que etiā voca  
batur maria. Beatus marcus dicit qd fuerunt due sorores eiusdem no/  
minis et sic fuerunt tres marie que iter arripuerunt de iherusalem vt ve  
nirent ad videndum sepulchz domini. id est qualiter possent sine impe  
dimento custodum accedere ad sepulchz et in eo videre et tangere et vn  
gere corpus domini fm morem iudeorum vt non exhalaret inde fetor  
et odor et sic possent sine tedio ibi stare et flere quantum vellent. Iste  
sancte mulieres non erant perfecte in fide. Putabant enim eum adhuc  
tanqz mortuum in sepulchro iacere quem debebant credere a mortuis  
resurrexisse Tamen eorum deuotio cōmendatur in multis. Primo quia  
de domino suo mortuo tantam sollicitudinem habuerunt vt pro eo vn/  
gendo tam diligenter vngenta pararent. tam tempestiue venirent. Se/  
cundo quia venientes ad sepulchrum non solum cupiebāt dominum vn/  
gere sed etiam ipsum tangere. etiam super ipsum flere. de ipso ad matrē  
et discipulos bonum nuncium reportare. Tertio quia videntes hostiū  
monumenti grandi lapide clausum non recurrerunt ad auxilium homi/  
num. sed leuauerunt oculos cordis ad deum ab ipso adiutorium postu  
lantes. Idic queritur quare dominus voluit corpus suum in sepulchro re  
poni cum tertia die deberet resurgere. Cur nō potius ordinauit qd por  
taretur ad domum matris et discipulorum vt postea coram ipis resur  
geret et sic tanqz presentes fuissent veri testes resurrectionis. Dicendum  
qd dñs elegit magis more hominum sepeliri qz sic inhumatus vsqz in

p z